

sex alios apud nos, id est apud superos degere soleat. Tu ergo, ut pollicitus es, absolve te, sin minus, abrumpe te modo, ut venias. Certe cum veneris, desideratissimus venies. Vale, veni, nos, ut facis, ama!

23.

M(einhard) an Bischof (Gunther): berichtet, daß der königliche Hof Gunthers geplante Jerusalem-Wallfahrt genehmigt habe, und fügt Nachrichten vom Hofe sowie Betrachtungen über die Wallfahrt hinzu. (1063 Oktober.)

Cod. Paris. lat. 2903 fol. 54.

Et^a domno et patri etiam atque etiam dilectissimo M. exul suus f(ilius).

Nuncius vester de curia reversus oppido me hilarem reddidit, ita ut iam nunc ex tam faustis exitus vestri auspiciis expectatissimum vestri augurari presumam reditum. Retulit enim archiepiscopum Premensem¹ et ducem Bavvarie², in quos tota curia recumbit^b, ad initium legationis vestre attonitos diu perdificiles fuisse, identidem archiepiscopo id obtestante, si vos abesse dimitteret, videri sibi se a se avelli et plus quam medium deperire, veruntamen ubi vobis sententiam eundi inrevocabilem esse comperit, tum vero sedulo institisse, ut voto vestro satisfaceret. Itaque primo ipsius regis nutu, deinde omnium qui aderant^c primatum unanimi arbitratu licentiam vobis cum gravi omnium querela et flebili pro tam arduo vestri proposito commiseratione absolute vobis et affectuose concessam, ipsum quoque regem, ne qua parte vobis deesset, anulum^d hunc, ut flagitastis, ad indicium licentie regum insigne vobis transmisisse simulque litteras ad regem Ungarie seu Grece. Narravit etiam conventum tum illum, qui Altestin^e³ futurus erat, ante triduum, quam constitutus^f erat, eos renunciassse. Michi quoque compertum est imperatricem summo studio acciri, non ut summam rerum quomodo prius administret

23. ^a) Vor Et ist Raum für eine Initiale freigelassen, in den später (nicht vom gewöhnlichen Miniator) die Umrisse eines H gezeichnet sind. Aber wenn eine Initiale überhaupt fehlt, kann es nur G sein. ^b) recombis c. ^c) aderat c. ^d) anullum c. ^e) oder Altestui. ^f) constutus c.

¹) Adalbert. ²) Otto von Nordheim. ³) Der Ort wäre noch festzustellen; der Hof kam damals aus Ungarn zurück.